

præcatis in locis. Bero in d.c. item cum quis. nu. 36. & Rolan. in conf. 29. nu. 4. lib. 1. & Afm. in d. §. 32. c. 34. qui & copiose, & doctè explicat.

Decimo octava exceptio, quæ à statuto non præsumitur excludat, & reiecta, est illa quæ dolo aduersarij causatur. Ita Dec. in d. c. ex parte. il. 2. col. vlt. vers. 22. fallit, de offic. deleg. post Barium in c. cum Bertold. col. 2. vers. 2. casus, de re iud. & Francum in d. c. d. lecto. q. 52. in 7. limit. de appel. Idem affirmarunt Mar. in conf. 89. nu. 20. & in sing. 96. Soc. Iun. in conf. 48. n. 5. lib. 2. & Afm. in d. §. 31. cap. 43. qui cap. 56. errore forte lapsus idem repetit. Qui quidem eo simili adducti sunt, quod quando quis promissit de casu fortuito, intelligitur dummodo non eueniat is casus, factio, & culpa eius, cui facta est promissio. I. qui officij. §. vlt. ff. de contrah. emp. & l. cum proponas. Cod. de nautico fenore. & tradunt Rom. in sing. 436. Tu scis.

Decimanona exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto, est illa, quæ opponitur contra executionem. Ita Dec. in d. c. ex parte. col. vlt. vers. 23. de offic. deleg. post Bar. in l. si filius. ff. quod cum eo, nec non Canarij, Barzium, & Corneum quos recenset. Et quib. accedunt Iafon in l. 1. C. de iuris, & facti ignor. Dec. in conf. 115. & Afm. in d. §. 31. cap. 44.

Vigesima exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto, est illa, quæ opponitur contra personam iudicis, dum ut suspectus recusatur. Nam remota exceptione, non censetur remota recusatio. Ita Dec. in d. c. ex parte. il. 2. col. vlt. versic. vigesimo quarto fallit, de offic. deleg. post gl. in c. quoniam contra, in verbo. exceptiones, de probat. ubi ipse Dec. eandem sententiam probauit Afm. in d. §. 31. cap. 45.

Vigesima prima exceptio, quæ à statuto non præsumitur excludat, est exceptio solutionis. Ita Dec. in d. c. ex parte. col. vlt. vers. 25. fallit, post Ang. in l. non tantum. §. quod si pro emptore, ff. de perit. her. Anch. in cōf. 260. & Alex. in consil. 113. lib. 5. Quibus accedunt idem Dec. in conf. 317. nu. 3. in conf. 375. nu. 1. & in conf. 562. Afm. in d. §. 31. cap. 46. Quocirca prudenter constitutum, obseruatumque fuit, vt aduersus obligationem in forma Camera facta, admitti possit solutionis exceptio, et si alia regulariter excludantur, sicuti tradunt Anton. Massa Galefius in tract. ad formulam cameralis obligationis. in 4. par. q. 1.

Vigesima secunda exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto, est compensatio exceptio, sicuti in specie affirmarunt Ange. Alexander, Guido Papæ, Iacobus Rebuffus, Bueria, & Bertrandus, quos recenset, & probat Tiraq. in tract. de retractu consang. §. 3. gloss. 13. nu. 4. sic quoque Gozad. in consil. 69. nu. 2. & Grat. in conf. 121. nu. 18. lib. 1. & post prædictos Afm. in præcitate c. 46. nu. 2. Et his accedunt alij multi congesti à Sebastiano Medices in tract. de compensationibus parte secunda, q. 20. Immo si statutum dicit, quod nulla alia admittatur exceptio, nisi solutionis, poterit nihilominus admitti exceptio compensationis. Ita Ang. & Alex. relati à Tiraq. idem docuit Fel. in c. suborta. col. 2. de re iud. & Sebastianus Medices in d. tract. de compensationibus in 1. par. q. 25. nu. 20. Et huius quidem sententiæ ratio est, quia si compensatio dicitur solutio, et si improprie, Bar. & Bald. in l. Iulian. ff. de cond. & demonstr. & ob id non dicitur proprie exceptio. Bar. in l. 2. nu. 3. ff. de except. & alios refert Medices in d. q. 26. nu. 20. & in 2. part. quæ sit. 19. nu. 2.

36 Caterum traditio hæc locum non habet quædo debitor esset obligatus in forma Camera, atque ita si cum iuramento soluere promissit, nam non poterit liberè opponere exceptionem compensationis, sed iudicis erit arbitrium, pro qualitate personarum, & rei admittere, vel reijcere. Ita scripsit Antonius Massa Galefius in

tract. ad formulam Cameralis obligationis in quarta part. in q. 2. nu. 6. qui egregie declarat. Et plura ad rem scripsit Medices in præcitate tract. de compensationibus in 1. par. q. 25.

Vigesima tertia exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto, est exceptio intentionis, & facti. Ita Dec. in d. c. ex parte. il. 2. col. vlt. vers. 26. de offic. deleg. post Bal. in l. peremptorias. C. sent. rescindi non posse, in l. fancimus. C. de don. & in l. in rebus. in fin. C. de iure dotium. Idem affirmavit Afm. in d. §. 31. cap. 47. Quibus accedit Alex. in l. qui se debere. nu. 1. de cond. causa data.

Vigesima quarta exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto, est exceptio Senatus. Macedon. & Velleia. Ita Dec. in d. c. ex parte. col. vlt. vers. 27. fallit, & Afm. in d. §. 31. c. 48. post Canarium, quem recenset.

Vigesima quinta exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto, est exceptio usurarum. Ita Dec. in d. c. ex parte. col. vlt. vers. 28. fallit, & Afm. in d. §. 31. cap. 49. post Castren. Frider. Senens. & Bonzum.

Vigesima sexta exceptio, quæ à statuto non præsumitur reiecta, est exceptio falsitatis. Ita Dec. in d. c. ex parte. col. vlt. vers. 29. fallit, & Afm. in d. §. 31. c. 50.

Vigesima septima exceptio, quæ non præsumitur excludat à statuto, est exceptio quod res quæ petitur non est in rerum natura. Ita Dec. in d. c. ex parte. in fi. & Afm. in d. §. 31. cap. 51.

Vigesima octava exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto, est exceptio restitutionis in integr. Ita Bald. in l. in causa. in princ. ff. de min. Soc. Sen. conf. 242. col. 1. fufius in conf. 299. nu. 3. lib. 2. Galliaula in l. cetero. nu. 166. ff. de vulg. & pup. sublt. Caph. in conf. 53. n. 23. lib. 1. quos refert, & sequitur Afm. in d. §. 31. cap. 52. Quibus accedunt Iaf. in l. 1. nu. 10. ff. de iurisd. omni. iud. Mar. in practi. criminali. §. oportune. nu. 58. Neuiz. conf. 17. nu. 7. & communem testatur Sfortia Oddo in tract. de restitut. in integ. par. 1. quæst. 15. art. 5. versic. in contrarium est. Quæ tamen sententia intelligitur nisi statutum dicat, quod modo aliquo, vel nullo modo admittatur exceptio, nam tunc etiam in integrum restitutio censetur excludat, Ita Soc. Sen. in conf. 242. col. 1. & 3. & Afm. ubi supra.

Vigesima nona exceptio, quæ reiecta non præsumitur, est denunciatio evangelica. Ita Bal. in Auth. clericus, col. 3. C. de episc. & cler. Bero. in c. item cum quis. nu. 37. in fin. de rest. spol. & Afm. in d. §. 31. cap. 34. nu. 8. qui alios recenset. Hæc tamen dici non potest proprie exceptio.

Tempus certum in iudicio deductum, an & quando presumatur.

S V M M A R I V M.

1 Intentio fundata in tempore certo, probari debet ab eo qui in tempore constituit fundamentum.
 Et quando hoc non habeat locum, nu. 2.

P R A E S V M P T. XLIX.

Recepta est apud nostros sententia, quod ubi intentio factoris, vel rei conuenti, fundata est in certo tempore, illud probari debet ab eo, qui in tempore ipso fundamentum constituit. Ita gl. in c. venerabilib. de sen. excom. in 6. & in clem. vlt. in verb. creati, de resc. Bart. in l. non solui. §. sed vt probari. nu. 3. ff. de ope. no. nunc. Alex. in conf. 100. n. 2. lib. 1. Dec. in c. in presentia. in 12. notab. de prob. Quam sententiam probant I. eum acti, in princ. ff. de neg. gest. l. eum qui. §. publiciana. ff. de publici. in rem actio. l. matre. C. de prob. l. vlt. C. an seruus pro suo facto. c. abbate sanè, in fin. de re iud. in 6.

Decla-

Declaratur hæc traditio non habere locum, qñ præsumptio esset pro eo, qui se fundaret in tempore, exemplum si statuto sancitum est, quod nobiles ingredi non possint Palatium, nisi tempore consilij generalis, si accusatur nobilis, quod ingressus sit Palatium mense Maio, & ipse nobilis probet, quod eo mense consilium generale fuit in eo palatio congregatum, ex hoc insurgit præsumptio pro nobili accusato, quod scilicet eo tempore consilij ingressus sit, nec alioqui deliquisse videatur contra l. merito. ff. pro socio. ita Bar. in d. §. sed vt reprobari. nu. 3. quem secuti sunt ad rem nostram Dec. in d. c. in presentia. in 12. notab. Corsetus in singulari, in verbo, testis, incipit duo testes. Ruin. in consil. 29. nu. 10. lib. 1. Crater. in consil. 9. nu. 20. & in consil. 18. in fin. & Gramma. in cōf. 29. nu. 10. 11. in criminalib. Nec huic declarationi obstant aliqua, quæ obijciuntur ab Alex. in d. l. non solum. §. sciendum. nu. 5. in fin. ff. de oper. nou. nunc. nam illis satisfaciemus infra lib. 5. præsumpt. 2. cum declarabimus, quando delictum præsumatur.

Actatem, vel maiorem, vel minorem quis probare debeat, maiorum opinionibus confutatis, explicatur.

S V M M A R I V M.

1 Maiorem quemlibet, nisi probetur minor, secundum quosdam præsumi.
 2 Minorem quemlibet præsumi, nisi probetur maior, ex opinione priorum contraria.
 3 Mutatio non præsumitur.
 4 Actatem, aspectum & effigiem, cursu temporis, homines mutare.
 5 Actatem qui affirmatiue deducit, probare debere.
 6 Actatem probandam ab eo, qui commodum ex ea sensurus est, siue affirmatiue, siue negatiue deducatur.
 7 Negatiua que dicatur, & que affirmatiua. Quid negatio, quid affirmatio secundum diuersos.
 8 Negatiua probari persæpe potest.
 9 Negatiua quadruplex, vel iuris vel facti, qualitatis aut quantitatis.
 10 Negatiua iuris quid sit.
 11 Negatiua facti improbabilis dicitur, quando simplex est, nec loco coarctata, aut tempore.
 12 Sensus omnis passio dicitur.
 13 Negatiua facti, que possit probari.
 14 Negatiua qualitatis, quomodo, & à quo probetur.
 15 Actatis negatiua. probari debet ab eo, qui eam deducit.
 16 Negatiua quantitatis probatur ab eo, qui eam deducit, & quomodo probetur. nu. 17.
 18 Actatem vel affirmatiue, vel negatiue deducens probare debet.
 19 Tempus deducens, id probare debet, & an id semper sit verum, nu. 20.
 21 Actatem minorem deducens probare debet, ubi de actu iam gesto irritando agitur.
 22 Actus habens formam debuit am, præsumptionem pro se habet.
 23 Actum impugnans, grauatur onere probationis.
 24 Actus est quid incertum.
 25 Incertum deducens probare debet.
 26 Beneficium alicui tanquam inhabili concessum probat is, qui affirmat.
 27 Maior præsumitur, qui pro tali fuit condemnatus.
 28 Actatem deducens probare non debet, quando ad actum iustificandum deducitur.
 29 Professionem religionis faciens, præsumitur facere iusta actate.
 30 Actatem deducens probare debet, quando respectu actus futuri deducitur, ad illum impediendum.
 31 Dolus arguens, eum probat.
 32 Actus probari debet ab eo, qui vt aliquid consequatur, habi-

lem se dicit, & idoneum.
 33 Conditionem asserens euenisse, probare debet.
 34 Substitutio pupillaris, est substitutio quadam sub conditione facta.
 35 Hereditas ab intestato venientibus legis dispositione debetur.
 36 Regula l. quoties, ff. de reb. dub. locum non habet, quando de notabili præiudicio alterius agitur.
 37 Actatis præsumptio, & coniectura demonstratiua, stans pro eo, qui eam allegat, probationis est loco.
 38 Aspectus corporis, pro etate præsumptionem facit, versaturque iudicis arbitrium, nu. 39.
 40 Minor præsumitur, cui tanquam minori datus est curator, & quomodo procedat ista præsumptio.
 41 Actus iudiciales solemniiter factos, etiam contra alios facere præsumptionem.
 42 Sententia super etate lata, quomodo fidem faciat in alio iudicio.
 43 Litigans cum aliquo tanquam minore, præsumitur eum minorem confiteri.

P R A E S V M P T. L.

Iudicij valde frequens est disputatio, vel ad litem preparandam, inchoandamque, vel ad iudicium ipsum firmandum, quis debeat probare actatem in iudicio propositam, atque deductam. Qua quidem de re multe variazque fuerunt Doctorum opiniones.

Prima fuit eorum, qui scripserunt, quod si quis præsumitur maior, nisi probetur minor, ita gl. in c. in presentia, in verbo, secundæ, de probat. quæ sic intelligit l. si minorem. C. de in integr. restit. minor. & l. nam & postea. §. si minor. ff. de iure iurand.

Verum opinionem hanc reijciunt omnes, vt Abb. in d. c. in presentia, nu. 32. vers. sed quæro, quomodo. & ibidem Dec. nu. 58. de probat. Parisius nu. m. 68. & Bero. nu. 202. nam illa iura allegata à glossa, loquuntur, quando quis asserit se minorem, vt consequatur restitutionem in integrum, quia tunc debet probare quod est suæ intentionis fundamentum, vel ob id quod iam tanquam maior contraxerit, vel ob id, quod ea, quæ tempore mutantur, non præsumuntur esse eiusdem status. Non ergo cogitur probare ob id, quod præsumptio sit esse maiorem.

Secunda fuit opinio præcedenti omnino contraria, nempe, quod quemlibet præsumi minorem, nisi probetur maior, hæc in opinione fuit gl. in l. de etate in verb. probandum, in fin. ff. de minor. & hac pro opinione adduci solet text. in l. siue possidetis. C. de probat. quo loci dicitur, quod is, qui præterito tempore fuit dominus, præsumitur etiam nunc dominus, sic ergo & qui minor fuit, præsumitur adhuc minor. Est ratio, quia mutatio non præsumitur. I. eum qui. ff. de probatio. & dicemus infra lib. 6. præsumpt.

Verum respondetur, regulam d. l. siue possidetis, quæ dicimus, præsumi de præterito in præsens, vel in futurum, locum non habere in eis, quæ cursu temporis mutantur, ita declarant in specie gl. in d. l. siue possidetis. & apertius in d. l. eum te. C. de probat. Abb. in d. c. in presentia, nu. 33. & similib. in casib. eadem declarationem probant Bald. & Salic. in l. si minorem, col. 1. C. de in integra rest. mino. Anch. in c. semel malus, col. pen. de reg. iur. in 6. Alc. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 25. nu. 1. vers. & dicta. & alios retuli superiori lib. q. 21. & in specie probat l. eum te. C. de probat. Quod autem homines cursu temporis mutant actatem, si certissimum esse nemo ignorat. Imò & effigiem, aspectumque mutare probat text. valde notabilis, in l. proponebatur. ff. de iud.

Tertia fuit opinio eorum, qui existimarunt, illi incumbere onus probandi actatem, qui eam si affirmatiue deducit, atque proponit, hanc opinionem recenset Bar. in l. de

1. de ætate, nu. 14. & verè ita tenet Specul. in tit. de actor. nu. 4. qui ob id cautelam præbuit quod quis negatiuè semper proponat, seu deducat ætatem, vt puta, tu nõ es maior, vel tu non es minor: vel nego, vel non credo te esse maiorem, vel minorem: Ea ratione motus est Speculator quia illi, qui asserit, non autem illi, qui negat incumbit onus probandi. Lei qui. ff. de probat. & l. actor. C. eo. Verum à ceteris rejicitur hæc opinio, nempe à Ioan. And. in c. infamibus, col. 3. vers. 2. fuit opin. de regi. iur. in 6. Bart. in d. l. de ætate, nu. 12. vers. tu dicas. & Luc. de Pen. in l. r. col. vlt. C. de fid. instr. & iur. hæstæ. fiscal. lib. 10. & idem tenent Bononienses, qui prudenter statuerunt in statuto, Qualiter procedatur, si super ætate contendatur. Si autem veniat, quod sine negatiuè, si sine affirmatiuè deducatur ætas, quod is probet, qui commodum ex ætate sensurus est.

Primo, quia (vt inquit Bart.) in l. de ætate, nu. 12. non est curandum, quibus verb. saliquid proponatur, sed spectandus est sensus. & hac in re Bart. secuti sunt Bal. in l. cum te. q. vlt. C. de prob. & Rip. in l. illa, nu. 12. ff. de verb. obl. & in c. c. ecclesia Sutrina, nu. 71. de caus. pos. & prop. Non enim verba vel negatiua, vel affirmatiua efficiunt vt dicatur deducta, & proposita, vel negatiua, vel affirmatiua, gl. in l. vlt. in fin. ff. doli mali, & metus exc. l. r. §. i. ff. de iur. act. neque priu. & l. inter stip. in prin. de verb. obl. sed illa dicitur esse negatiua, si quæ priuationem continet illa verò appellatur affirmatiua, quæ positionem habet, vel secundum Arist. lib. 1. Perihermenias, seu de interpret. 4. Assertio est de aliquo, alicuius enunciatio. Negatio autem enunciatio, qua aliquid ab aliquo dimouetur, vel secundum Dialecticos, præsertim Georg. Trapez. assertio est oratio, quæ alicui quid iam inesse dicitur, vt Deus est iustus, Homo est animal, negatio est oratio, qua per negationem predicatum à subiecto remouetur, vt homo non est iustus, non est ergo verum, quod dicebat Spec. negatiuam dici, quæ verbis negatiuis proponitur, sed spectandus est sensus. Quocirca declaratur quod dicebat Bald. in l. 2. in fin. C. de cond. infer. ex l. Titia. §. vlt. ff. de manum. test. q. negatiua nunquam dicitur affirmare. Nam id intelligitur secundum verba, nõ autem secundum sensum. Est simile quod tradit gloss. in l. Plaut. in gl. vlt. de aur. & arg. leg.

Secundo accedit secundum Bart. in d. l. de ætate, nu. 13. factum esse, quod absolute dixit Spec. negatiuam esse improbabilem, nã & persæpe negatiua probari potest, id quod vt clarius intelligatur, dicimus primum, negatiuam quæ duplicem esse, vna dicitur iuris, vt aliquem testari nõ potuisse. Altera dicitur facti, vt aliquid factum non fuisse. Tertia est negatiua qualitatis, vt aliquem non esse idoneum, virum bonum. Quarta est negatiua, quæ dicitur quantitatis, vt non esse tanti ponderis, tanta mensuræ, tanti numeri, ita declarant gl. l. 2. ff. de prob. & post alios Rip. in l. in illa, nu. 12. ff. de verbor. oblig. & in c. cum eccles. Sutrina, nu. 72. de caus. pos. & propr. & melius Salic. in l. actor, col. 3. vers. nunc reassumo materiam. C. de probat.

10 Prima negatiua, quæ iuris dicitur, est quæ à aliquo negat aliquid à lege permillum, vt tunc, si id est regulariter permillum, vt puta, esse procuratorem, leg. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. caus. maior. qui negat aliquid esse posse procuratorem, probare debet, quia reg. ei reputat. Secunda est negatiua, quæ facti dicitur. Et hæc est improbabilis, quando est omnino simplex, atq; ita primus est casus, quædo non est coarctata nec loco, nec tempore vt si negado, dico nunq me contraxisse. Hęc. n. minime probabilis est, cum impossibile sit probare, aliquid nunquam contraxisse, cũ hoc non cadit in sensu. & consequenter nec in intellectu, vt inquit Bal. in l. actor, col. 2. C. de probat. Non enim negatiua hæc se offert sensui, ex quo ois si sensus est passio, qua patitur ab excellẽti sen-

sibili, sicuti oculus à radijs solis, vel ab alia albedine. Quæ sanè passio in eo quod non est, cadere non potest, vt inquit Arist. in 2. de anima. Et præterea scientia causatur per genus, & differentias, quæ non cadunt in non ente, nempe in eo quod non est. Idem dicimus de ea negatiua, quæ est coarctata, sed ita modicè & partim, vt cadere minime possit in scientiam hominis, testimonium dicere volentis, vt si propono me hoc anno non contraxisse. Non enim hoc casu reperiri possunt testes, qui infle possint attestari, me non contraxisse. Ita Bald. in d. leg. actor, col. 3. C. de prob. Ea est ratio, quia hæc negatiua, ob suam latitudinem iudicatur negatiua simplex, & vniuersalis.

13 Secundus est casus, quando negatiua est quæ coarctata loco, & tempore, vt si dico, me tali die, & hora non contraxisse in tali loco, & loco loci. Quæ sanè coarctatio maxima est, & ideo facile probari potest testibus, qui attestentur, qd ea die, & hora, ego eram alio in loco. Idẽ est, quædo est mediocriter coarctata, vel ratione loci, vel ratione temporis. Ita declarant Bald. in d. l. actor, col. 2. C. de probat. & Rip. in l. in illa, in fin. de verb. oblig. De hac negatiua facti nostra etiam non est disputatio.

14 Tertia est negatiua, quæ si dicitur qualitatis, vt puta, aliquem non esse idoneum, non esse dignum, non esse diligentem. Hęc probari potest, cum inclusam habeat affirmatiuam, nempe, esse inhabilem, esse indignu, esse negligentem, & desidem. Et hæc negatiuam probare debet ille, qui eam deducit, & proponit. Ita gl. in d. l. 2. in ver. negatiua qualitatis. ff. de prob. Quæ quidem citat text. l. cum quidam ita fideicommissum, in 2. respon. de leg. 2. & l. cum pater. §. rogo, de leg. 2. & egregie declarat Sal. in l. actor, col. 3. vers. 2. quero. C. de prob. cum ergo hæc negatiua quæ ætatis sit negatiua qualitatis nempe Sempronium non esse pupillum, non esse minorem, non esse iuuenem, non esse senem, probari potest ab eo, qui eam deducit.

16 Quarta est negatiua, quæ dicitur quætitatis. Hęc probabilis est, & ab eo probari debet, qui eam deducit. Ita in specie docuit Salic. in d. l. actor, colum. vltim. versic. quæro nunc quarto. C. de probat. qui dixit, quod quantitas ætatis, quæ scilicet quis non habeat tot annos, probatur à deducente, qui probat per tempus suæ natiuitatis, vt puta, quod si natus tali anno, à quo hætenus decurseri non sunt nisi tot anni. Ita etiam negatiua in similibus casibus quantitatis probatur, puta, si dicatur, qd res non est tanti ponderis, vel tanti numeri, vel tanta mensuræ.

17 Hęc sanè negatiua probatur vel testibus, vel inspectioe oculorum. Possunt enim interrogari testes, qui adfuerunt tempore ponderationis, mensurationis, vel numerationis, sicuti manifestum est.

Quarta fuit opinio, & quidem egregia Bald. in l. cum te. C. de probat. & Floriani in l. cum de ætate, nu. 6. ff. de probat. qui distinguunt aliquot casus. Verum cum non satis perfecte distinguant, & explicant, infra nos, cũ in multis secuti, plenus distinguemus.

18 Quinta est opinio eorum, qui scripserunt, eum, qui deducit ætatem, vel affirmatiuè, vel negatiuè probare eã debere. Hanc opinionem probauerunt Bart. in l. de ætate, nu. 12. ff. de minor. 25. annis. & in l. i. in fin. ff. de exceptio. & in cons. 92. in quæstione, num. 1. lib. 1. Bald. in cons. 264. factum tale est, lib. 1. in cons. 133. in casu proposito. lib. 3. in cons. 1. in silib. 4. & in cons. 19. factum tale est, lib. 5. Idem Bal. & Iatius Salic. in l. si minorem, col. 2. vers. aut dubitatur de præsentia. C. de integ. restitut. minor. idem Salic. in l. cum te. C. de probat. Gemini. in c. si eo tpe, de rescript. in 6. Cald. in cons. 5. in tit. de probatio. imol. in consil. 23. in casu præmisso, num. 2. Alex. in cons. 149. num. 12. lib. 5. Calcan. in consil. 80. num. 17. Decius in consil. 682. num. 13. & in c. in præsentia, num. 50. de probat. & ibid. Bero. nu. 201. post Abbat. nu. 32.

Lucas

Lucas de Penna in l. 1. col. penult. vers. sed Ioan. And. C. de fid. instrum. & iur. hæstæ fiscal. lib. 10. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 14. nu. 2. Gozad. in consil. 32. num. 13. Soc. Iun. in cons. 82. nu. 12. lib. 2. Aemil. Ferret. in l. cum de ætate, num. 6. ff. de probat. Marant. in l. is potest, num. 221. ff. de acq. hæ. Viuius in lib. comu. opinio. in verbo, ætas, num. 10. Ioseph Ludou. in decif. Perus. in decif. 56. Duenn. in reg. 258. Natta in cons. 514. num. 12. Rimin. Iun. in l. si emancipati, nu. 71. C. de sollat. Borgn. Caval. in tract. de tut. & cur. nu. 293. & Sfortia Oddo in tract. de restit. in integ. in 1. part. quæst. 37. nu. 3. vers. sed contra. Mascari. in lib. 2. de probatio. conclus. 666. col. 1. & Vincentius Francus bene eruditus Iuriconsultus, in decisionibus Neapolitanis, in dec. 119. nu. 8. Et ij adducti sunt ex dicta l. de ætate. ff. de minor. ex l. si minorem. C. de integ. restit. minor. ex l. cũ te. C. de probationib. Accedit, & regula, quod is, qui asserit, probare debet, lei qui. ff. de probat. & l. actor. Cod. eod. Et rursus hic, qui ætatem deducit, dicitur deducere tempus. Est autem certum, quod deducens tempus, debet illud probare, l. eum actum, in princ. ff. de negot. gest. l. eum qui. §. publiciana. ff. de public. in rem actio. & l. matrem. C. de probat. gl. in c. venerabilis, in gl. pen. de sent. excommun. in 6. & Bart. in l. non solum. §. sed vt probari, num. 3. ff. de oper. noui nunc.

20 Ceterum opinio hæc non est absolute vera. Cum nõ semper sit veru, sit qd is, qui asserit tempus, probare illud debeat, sicuti subsequenti in casu demonstrabimus.

Sexta itaque est opinio, vel verius distinctio, quæ ego nunc considero, secutus, & communem ipsam supra relatam sniam, & distinctionem Baldi, & Floriani iam commemoratam, eã tñ aliqua in parte suppledo. Considero itaque, qd actus omnes, vel iam facti sunt, vel fieri debent, atque ita vel præteritum, vel futurum respiciunt. Actus iã facti, vel impugnantur, vel iustificuntur. Actus verò qui in futurum fieri debent, vel impediuntur, ne fiant, vel, vt fiant, demonstranda est personæ habilitas.

21 Primus itaque est casus, quæ agitur de actu iam gesto impugnando, & irritado, sicuti quædo quis vult rescindere contractum mediante restitutione in integrum, ob id, quod tanquam minor contraxit, & læsus est. Hoc casu si certum est, si qd ille, qui minorem ætatem deducit, eam probare debet. Ita Bal. in cons. 66. factum tale est, apparet, col. 1. versic. quoad vltimum, lib. 3. Florianus in l. cũ de ætate, num. 7. ff. de probat. Decius in consil. 682. nu. 13. & Gozad. in cons. 22. nu. 13. Et sententiam hanc sapienter secuti sunt Bononienses in prædicto eorum statuto, Qualiter procedatur, si super ætate contendatur. §. sed si restitutionis. Et ij quidem adducti sunt ex d. l. de ætate. ff. de minor. l. si minorem. C. de integ. restit. minor. Et accedit ratio, qd præsumatur pro actu, qui habet debitam formam, lab ea parte. ff. de probat. & post Bald. & alios scripsit Dec. in l. vlt. num. 14. C. de edicto D. Adrian. tollen. & in c. in præsentia, nu. 10. de probat. & copiose differemus infra lib. 6. præsumpt. 13. Qui ergo

22 vult impugnare factu, dicitur habere præsumptionem contra se, ob id grauatur probationis onere, iuxta l. generaliter. §. si petitum, in fi. ff. de fideicommiss. libert. Et rursus, ætas est quæ quid incertum, cum quotidie fugiat, quotidie mutetur, l. proponeretur. ff. de iudic. & egregie explicat Alexand. ab Alex. lib. 3. dierum genial. cap. 1. l. 25

23 le autem, qui deducit aliquid incertum, si probare det, l. spadonum. §. qui solutus. ff. de excusa. tutor. Et tadem accedit, qd ille, qui deducit tempus, probare illud det, l. eum actum, in princ. ff. de negot. gest. cum alijs supra alleg. cum autem quis vult prætextu minoris ætatis contractum rescindi, tps illius minoris ætatis deducit. Det ergo etatẽ illã probare. Et hic casus multo magis procedit, quæ in contractu adhibitum fuit decretum prætoris. Ita Bald. in d. cons. 66. col. 2. lib. 3. & in cons. 2. lib. 4.

24 Extenditur hic casus, vt procedat et quando etas accessoriè allegatur ad actus impugnacionem. Nam, & tuc eam deducens probare debet. Ita docuit Aemilius Ferretus in l. cum de ætate, nu. 7. ff. de probatio. reiecta opinione Decij in d. c. in præsentia, num. 50. vers. & prædicta conclusio, de probat. & prius Abbatis nu. 32. & 33. Non enim Decij traditio probatur eo cõtextu, c. in præsentia, de probatio. Quandoquidem fratres ibi petebant fide commissum, & sibi deberi probant ex testamento, syndicus monasterij objiciebat dicationem factam à testatore, eũque monasterio obtulisse se, & sua, idque probauerunt. Repliarunt fratres, eã oblationem fuisse factã à minore, idq; docuerunt verum esse. Triplicauit syndicus, factã esse aliam oblationem post priorem, cõtra hæc similiter allegarunt fratres, factam fuisse à minore, sed hoc non probauerunt. Et ideo contra eos lata fuit sententia. Hic quidem agitur de ætate accessoriè, sed tamẽ eam probare debet is, qui eam allegat ad impugnanum actum, nempe oblationem à testatore factam. Non etiã probat Decij traditionem c. cum virum, de regular. cum nil de ætate deducta principaliter, vel incidenter probanda dicatur. Ceterum statutum prædictum Bononiæ, §. si autem veniat, vers. sed si de ætate. statuit mihi videtur quod quisque ille sit, qui vel ad sui commodum, vel alio quouis modo deducit ætatem incidenter post litẽ contestatam, eam is probet. Ita enim significant illa verba, si de ætate, quæ aduersantur præcedentibus.

25 Ex prædictis nunc multa inferuntur, ac primum inferuntur, quod si quis asserit aliquem, cui collatum fuit beneficium, esse ætate minorem, atque ita inhabilem, probare id debet. Io. Andr. in c. infamibus, col. 3. de reg. iur. in 6. Bald. in l. cum te. C. de probat. Alex. in consil. 147. num. 16. lib. 5. Florian. in d. l. cum de ætate, num. 6. ff. de probat. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 14. nu. 2. Socin. Iun. in cons. 82. num. 12. lib. 2. & Mascari. lib. 2. de probat. conclus. 666. nu. 8. Hinc defendi potest quod scripsit gloss. in l. 3. in verb. commissio, in fin. ff. de recept. arbit. cum dixit, eum præsumi quæ maiore, qui pro tali fuit condemnatus, & ideo si is vult impugnare sententiam eo sub prætextu, qd esset minor, probare id debet. Et gl. illam secutus est Lucas de Penna in l. 3. præsumpt. 35. C. de apochis public. lib. 10.

26 Est simile quod docuit Galliaula in Rubr. ff. de verborum obligat. num. 161. vers. vnde hoc casu. cum dixit, quod ille, qui iam admissum ad officium, vult repellere tanquam illegitimum, probare debet, argument. c. innotuit, de actio.

27 Secundus est casus, quando ætas deducitur ad iustificandum actum, exempli gratia, deducitur ætas pupillaris ad demonstrandum recte tutorem alicui datu fuisse tanquam pupillo. Iste deducens quæ ætatem hæc probare nõ debet. Ita Florian. in d. l. cum de ætate, n. 7. ff. de probat. ex text. l. Seiz. egrestæ. ff. de tut. & curat. datis ab his. Potest etiam adferri exemplũ in eo, qui ad aliquod officium vel magistratum est electus, eoq; fungitur. Is enim non tenetur probare se esse legitimæ ætatis, vt iustificet electionem suam. Ita Cyn. & Bal. in l. cum te. C. de probat. & ibid. Salic. col. vlt. vers. aut quaritur de istis. & Alciat. in d. præsumpt. 14. nu. 3. vers. tertio fallit. Ea est ratio, quia præsumptio fiat pro ipsa electione, quod scilicet fuerit legitimæ ætatis. Et hic nullius præiud. cũ versatur. Ita dicimus secundum Alciat. præcitato in loco, qd ille, qui professionem quæ religionis fecit, præsumptionem habet pro se, quod ætate legitima eam fecerit, vt inquit gloss. in d. c. in præsentia, de probat. & ideo non tenetur probare se eius fuisse ætatis. Ex his intelligimus, statutũ prædictum Bononiæ, Qualiter procedatur, si super ætate contendatur. §. si autem veniat. ibi, vel conseruasse, esse iuris cõis correctorium, ex quo vult, eum etiam probare debere etatem, qui agit de iure conseruando, quod idem